COMPENDIUM STATUTORUM Venerabilis Capituli Cracoviensis Anno Dni 1766to collectorum

Tit: Primus Ecclesia Cathedralis

De Stallis fol. 3 — In stallis superioribus tempore Divinorum sedeant Dni Praelati et Canonici, in inferioribus Vicarii et Clerus, tempore Concionis, Scholares stent in medio Chori

De Habitu ingredientium Ecclesiam fol. 3 — Praelatus et Canonicus tempore Divinorum ingrediens Ecclesiam, Rochettum in Capella aliqua, sive circa Portam Ecclesiae induat, sub privatione Refectionum illius diei. Vicarii et alii Beneficiati superpelliciati eandem ingredi debent, sub poena Excoiis si quis illorum locum Presbyterij tempore Divinorum absque superpellicio ingredi praesumat, Eam poenam ipso facto incurret.

De praerogativa Juris Celebrandi fol. 4. — Ad altare Majus, nemo praeter Episcopum Loci Ordinarium, Suffraganeum, Praelatos et Canonicos Ejusdem Ecclesiae celebrare audeat. Extranei Dignitate Pontificali insigniti, de Consensu Capituli Nostri.

De pulsu Campanarum et Solutione fol. 12. — Campana Major Zygmunt nulli alteri pulsetur, praeterquam Summo Pontifici, Regi Poloniae, Reginae, Regali Familiae, Archi-Episcopo Gnesnensi, Eppo Cracoviensi, Praelato, Canonico, Castellano, Palatino, et Capitaneo Cracoviens, praevio tamen consensu V. Capli, vel Ejus Praesidentis, a pulsu ejusdem et aliarum Campanarum in eadem Turri appensarum, in obitu Episcopali, in electione Administratoris Sede vacante circa Installationes Praelatorum et Cano-

nicorum ac in obitu eorundem pro singulis vicibus solvi debebit tres florenj, aliis verò de insigni Familia si aliquando ex speciali gratia et Consensu V. Capli pul: permissum fuerit, à quolibet pulsu decem Imperi: anticipative in Caplo pro Fabrica Ecclesiæ re: ponantur.

De 5 Missis f. 110 Quilibet Prælatus et Canonicus ex turno suo septimana: tim incidente, quinq; Missas ad Majus Altare pro Fundatoribus et Benefactoribus absolvere tenetur, per se sive per Canonicum Confratrem, pro quibus 5 Marcæ ex Missa Capitulari septimanatim solventur. Qui verò absens fuerit, et hujusmodi Missas per

181. 190 aliquem ex Confratribus absolvi neglexerit, talis pro
193. 196 pœna dabit Marcas quindecim, ex quibus Marcæ
2.16. 271 decem cedent Canonico easdem Missas supplenti, et quinq; ad Regestrum Sacristiæ pro luminaribus

De Canone pro Fabrica fol. 223 Donatarii Canonem pro Festo S. Martini singulis annis solvi debitum, ad Capitaneos Clavium pro eodem Festo comportare, quem Capitanei Perillustri Præfecto Fa: bricæ Ecclesiæ transmittere tenent, circa approbatio: nem hujusmodi Privilegiorum Quietationes de Canone producantur nec alias Privilegia approbentur

Quolibet Die Dominico et Festis primæ et secundæ Classis, idq; in Dominicis ad Processiones et Missas Conventuales, in solis verò Festis ad easdem Missas in Processionibus per Civitatem fieri solitis, in Dedu:

De Cappis Romanis et Habitu fol. 140 ctione Corperum actu funeris Episcopi et Confratrum DD. Prælati et Canonici Cappâ Romana utunt, quæ à Fe: sto Paschatis ad Festum SS. O.O. exclusive ad Vesperas De: functorum, cum Tela serica cocinei coloris, à Vesperis verò Defunctorum usq; ad Diem Parasceves inclusive cum pelle Armelini assumat in. Vestitu talari uniformitas servet, sicut etiam in usu Mantelleti, ubi standum, ubi sedendum aut genu: flectendum est, Ceremoniale servet, secus facientes primo per

per Censores privatim moniti, postea Capliter, delati, Refectione privari debent.

19 D. De Sanctis Reliquiis fol. 299 — Sacræ Reliquiæ et alia supellex Thesauri nulli præsentetur per Vice-Custodes, nisi in præsentia Prælati, Canonici idq Personis insignioribus tantum. Ad præsentationem SS. Reliquiarum Vice-Custodes Superpellicium assumant et faces accensas adhibeant.

De non celebrando tempore concionis fol. 265 — Nullus Prælatus nec Canonicus tempore Concionis Sacrum Missæ Sacrificium celebret, sub privatione Refectionum illius diei, Beneficiati istius Ecclesiæ hoc tempore celebrantes, pœna unius marcæ puniantur, quod Magistro Ceremoniarum committitur et Vice-Custodibus.

Matura per Canonicum — Quoties Episcopus Loci in Festis solennioribus Missam Conventualem celebrabit, toties Canonicus seu quem turnus illius septimanæ tanget, Missam Maturam ad Altare S. Stanislai cantare tenetur sub pœna in statuto de 5 Missis lato.

De Assistentia in Cappis et Dalmaticis fol. 277. — Episcopo loci ad majus altare celebranti duo Prælati in Cappis Ecclesiasticis, et duo Canonici receptione ultimi in Dalmaticis assistere debent, et ad Processiones publicas. Cum autem in Festo SS. Corporis Christi per Civitatem, et in Octava ad Ecclesiam Illius suffraganeus Loci, sive Prælatus aut Canonicus Sanctissimum processionaliter deferrent, tunc duo Canonici receptione ultimi in Cappis Ecclesiasticis Eidem Sanctissimo assistent, sub pœna privationis Refectionum per unam septimanam.

De non erigendis Epitaphiis 291. — Habens sepulturam quocunq titulo concessam in Ecclesia Cathedrali, neq illius Executores audeant erigere Epitaphia absq licentia V. Capituli.

Apparamenta Ecclesiæ non concedantur — Peristromata tapetes et Apparamenta Ecclesiastica nulli concedantur, nisi gravis necessitas id postulaverit, prævio consensu Venerabilis Capituli

Tit. 2dus Episcopus

De juramento Episcopi 15 — Quilibet in Episcopum electus et a Sede Apostolica confirmatus post ingressum ad Capitulum præmissa Fidei professione, jurabit Privilegia, Libertates, Immu-

Immunitates, Statuta et Consvetudines Ecclesiæ firmiter observanda manutenere.

De Novalibus Decimis 17 — Decimas manipulares ex agris novalibus antiquis contiguis provenientes Episcopus à Prælatis et Canonicis Cracovien. tantùm non recipiet.

Castra Laicis non dimittenda 37 — Castra et Fortalitia Episcopatus Cracovien. solis Prælatis et Canonicis et non Extraneis Episcopus comittet

Fabrica Ecclesiæ 100 — Quotiescunque Ecclesiam Cathedralem in toto ædificare vel in parte reparare contigerit, Episcopus duas partes expensarum, Capitulum etiam contribuet.

Capitulares ad Prædia suscipient. 19 — Dum Prælatos sive Canonicos in Curias Episcopales descendere contigerit, Procuratores Curiarum expensis necessariis justa decentiam et observantiam veterem eos providere tenebuntur

De Expensis litis providendi fol. 19. 20. — Si Episcopum et Capitulum aliqua negotia ardua Ecclesiæ apud Papam, Regem et Principes expedire, promovere, vel vexationes redimere contigerit, medietatem sumptuum Eppus, alteram Captum et Clerus tàm Sæcularis quàm Regularis præstabunt, pro qua à Clero exigenda, Eppus Capto assistet.

De Collectis 20 — Collectas aliquas in Clerum non imponet Episcopus, sine assensu Capli idque tantùm in Capitulo generali.

De Calice 20. 11. — Episcopus infra Annum à die pacificæ possessionis, Sponsam suam Ecclesiam videlicet Cathedralem Calice aureo, adminus trecentis Ungaricis ponderante, honorare tenetur.

De non faciendis alienationibus 55. 152. — Pro fundandis Novis Monasteriis, Collegiatis, et quibuscunque Beneficiis, Eppus ex proventu Mensæ suæ alienationes non faciat, et Captum non præstet consensum alias utrumque sit irritum et invalidum Parochialium tamen Ecclesiarum necessitate excepta.

In Oppidis et Villis Episcopalibus, Advocatias et Sultetias novas Episcopus non erigat, nec Captum præstet assensum, alias decernitur non valere

Si Episcopum intestatum mori contingat, Captum

De Eppo Intestato — 1mo indemnitati Bonorum pro futuro Successore consulet. 2do Mobilia quocunq́ titulo et Annum gratiæ ad mortuum pertinentia, adhibito Notario et Testibus per Inventarium conscribet et vindicabit ablata. 3tio de mobilibus, sepulturam convenientem procurabit. 4to deservitas mercedes Familiæ et Creditoribus Debita solvet. 5to ex derelictis Eleemosynas maximè pro redimendis captivis et adjuvandis miserabilibus personis determinabit. 6to Ut aliqua pia et honesta memoria in Sponsa Defuncti perennans relinquatur. 7mo si facultates permiserint, consanguinei indigentes consolationes referant.

De Gratiis 153. — Gratias mensæ Episcopalis Prælatis sive Canonicis idq́ solis Presbyteris sui Capli Eppus conferet, aliter concessæ à Caplo non admittantur

Revisio Triennalis 245 — Bona Episcopalia et Sylvas Prælati aut Canonici quolibet triennio in præsentia Oeconomi v. Capitaneorum revideant.

Apparatus Eppi 246 — Sacræ Vestes et Paramenta Pontificalia si extra Ecclesiam Cathedralem Episcopo concedentur, duo Prælati aut Canonici in scripto fide jubeant de restituendo

Abbatiar: Administ: — Administrationes Abbatiarum et Præpositurarum Regularium à die vacationis eorum Eppus nemini, præterquam Personis Capitularibus conferet.

Oeconomus Bonorum Eppi — Oeconomum Generalem Bonorum Mensæ Episcopalis juxta Constitt Provinciales unum de medio Capituli Episcopus constituet à se solariandum, nam in functione existens, nihil de Caplo percipiet.

Tit. 3 Capitulum

Incidentia Captorum 5 — Capitula Generalia in Festis Purificationis Beatæ Virginis Mariæ, Sancti Stanislai in Majo et Translationis Ejusdem in Septembri incidentia, prima duo in crastino.

tertium post Festum S. Michaëlis inchoari debent, quorum prima die decreta immediati Capituli generalis et subsequentium ordinariorum per Notarium legenda, tertia literae et proposita Episcopi, si quae fuerint legendae

Ad Capitualia gnalia omnes Praelati et Canonici venire tenentur, absentes inhabiles sunt ad optionem Domus et Villae, quae intermedio, aut ipso sequenti gnali Caplo inciderint, nisi ipsum infirmitas, Pestis aut belli periculum, Lis ratione jurium aut injuriarum Ecclesiae tam istius quam alterius in quibus ad juramenta praestanda personalis comparitio requiritur, fluminum insperata exundantia, vel quia in negotio Capitulari eo tempore extitit, quae impedimenta absens per literas in Caplo generali y ob rationes immediato partiali exponere et subsequenter per tactum pectoris legitimare tenebitur, qui vero ascendere vel optare non possunt, consolationibus, si quae illo sequenti generali Caplo acciderint, careant.

Poena Absentium

126

Praelatus vel Canonicus Cracoviae praesens ad Capitulum invitatus venire nolens, Refectionibus per Septimanam privetur.

Poena venire nolenti

Locum Capitularem ingredi tenetur Praelati et Canonici finito Anniversario, sive Missa Capitulari, his verò cessantibus, hora nona matutina, sub privatione distributionum omnium diei illius, excepta legalitate D. Praesidenti exponenda

Tempus ingredie Caplum

Ut prosperè succedant consilia Capitulorum generalium, cantabitur Missa de Spiritu Sancto cum collecta pro peccatis per Canonicum Hebdomadarium, occinentibus Musicis voce et instrumentis

Missa de Spiritu Sancto

ante inchoationem illorum, ad finem verò eorundem absol: 7
Vigiliae Conclusionum ventur. Vigiliae Conclusionum cum decem Missis ad Altare privilegiatum legendis, absentes à Vigiliis Cracoviae praesentes distributionis illius diei privent.

Missa de S. Stanislao in 7bri Missae Votivae de Sancto Stanislao proxima die post inchoatum Capitulum Translationis celebrari solitae, quilibet Praelatus et Canonicus interesse tenet, sub poena Statuti Szyszkowiani de Consolatione.

Principium et finis Capli Praelati et Canonici locum Capitularem ingressi quamlibet Sessionem ab Invocatione S. Spiritus inchoabunt, eandemque cum Psalmo: De profundis de versibus et oratione pro confratribus terminabunt, Exeuntes ante finitum Capitulum idipsum dicere tenent.

Licentia exeundi Praelatus et Canonicus ad Capitulum veniens, ex eodem ante Conclusionem exire non praesumat sub privatione Refectionum medietatis, illius diei, quod si ex causa justa exire voluerit, licentiam à Praesidente petat.

Proditioni Secretorum poena 100 10000 Praelatus vel Canonicus si servanda pro secretis alicui extraneo revelaverit, ingressu ad Capitulum, Distributionibus quotidianis, Domo, Praestimonio et omnibus Ecclesiae emolumentis ad Mensem privetur, et si deinceps in eodem notatus fuerit, in perpetuum privari debet, si verò tantum fama, et praesumptiones illum accusent metiortius se juramento purgare, videlicet ipse juret, quod ea quae ipsi objiciuntur, directe vel indirecte non prodiderit, Compurgatores verò Canonici jurabunt se procertò credere, eum nemini praedicta secreta revelasse,

in tali purgatione deficiens pro convicto habendus

Vota Secreta etiam majoris importan: Sub tempus electionis Administratoris sede Vacante, et in materiis majoris importantiæ, pro conclusione ex pluralitate votorum facienda, dentur suffragia secreta

Vota nõ interumpẽ In omnibus tractandis negotiis loquatur quilibet juxta Vocationem suam, nec alter alterius sermones interrumpat, ut plene exprimere possit, conceptum mentis suæ.

Consolatio à Fundationib. Quoniam qui sentit onus, debet sentire et commodum, ideo statuitur, ne ulla Fundatio nova sine justa consolatione Caplo assignanda à DD. Prælatis et Canonicis acceptetur.

Bursalia In materiis Bursalibus unius Prælati aut Canonici Contradictio ex legitima ratione opposita, decernitur valere.

Tit. 4. Canonicus

Professio Fidei et juramentum 2 Prælatus et Canonicus neo installandus per se sive per Plenipotentem deducta Nobilitate, et Reformationibus, Professionem Fidei facere et juramentum juxta formam præscriptam præstare tenet. installatus per Plenipotentem, postea personaliter ad Capitulum veniens, id ipsum præstabit, intra annum, sub sequestratione Proventuum Fundi, in Fabricam Ecclesiæ convertendorum, alias exposita legalitate petere debet dispensationem à Caplo, super concedendo majori spatio ad præmissa implenda.

Cappalium Solutio 29 Prælatus et Canonicus neo accedens ad Capitulum, in actu suæ installationis intuitu Cappalium et jucundi ingressus, reponere tenet Quadrigentos florenos ad manus Notarii Capitularis, ex quibus ad

ad Regestrum Sachristiæ, Floreni Nonaginta sex, ad Massam Capituli Floreni Octuaginta sex grossi 24. inter Notarium et Vice=Procuratorem Floreni 160. Vice=Custodibus Flor: 20 Requialistæ Flo: 10 Hebdomadario Flor: 4 gro: 24. Seminaristis ministrantibus ad Majus Altare Fl. 4 g 24 Organario Fl. 4 g 24. Seniori Scholæ fl: 3 g 6 Adstantibus fl. 3 gr. 6, Cantori Chori fl. 3 g 6 Sanctuariis à pulsu Campanæ fl. 3 g 6 realiter cedent.

Translatio de Fundo ad Fundum

Translatus de Canonicatu ad Prælaturam aut de Fundo ad Fundum, Nonaginta Florenos solvere debet inter Notarium et Vicarios tantum dividendos

Plenipotentii Constitutio

155 Quilibet Prælatus et Canonicus post installationem sui unum vel plures ex Dominis circa Ecclesiam sæpius residentibus in Plenipotentem suum coram Actis Capitularibus constituat, qui munia Ecclesiæ explenda et onera quævis exsolvenda curaret, sub privatione vocis activæ, si verò per Plenipotentem installetur, Plenipotens de præmissis fide jubeat

Exemptio

7 Speciali indulto Illustrissimorum Dominorum Episcoporum Prælati et Canonici Crac: ab omni Jurisdictione Archi=Diaconorum, Officialium, Decanorum Foraneorum, Præpositorum et aliorum Judicum tam ratione Prælaturarum quam Beneficiorum exempti respondere non tenentur, nisi ex speciali Commissione Loci Ordinarii

Contra Absentes nihil

254. Contra absentes Prælatos et Canonicos Decreta in Capitulo non ferantur sub pœna privationis Refectionum per Unum Mensem Præsidentis, tale decretum concludentis. Si verò aliquis accusatus conveniatur ut compareat ad justificandum et noluerit contra talem tanquam contumacem procedat.

10 Pœna contra exire nolentes 292. Prælatus sive Canonicus suo vel alierum Nomine negotium proponens, similiter ratione jurgii exorti, item dum contra aliquem quærela ad Judicium Capituli pertinens defertur, sive Negotia Consanguineorum tractantur, exire de Capitulo tenetur, si noluerit, tanquam contumax reputari, et incapax Distributionum quotidianarum ac ingressus Capituli declarari debebit, tamdiu, donec Decreto et Disciplinæ Capitulari non paruerit, quæ pœna etiam in Præsidentem extendenda in simili

Duo litigantes 134. Quoties duo vel plures super una Prælatura vel Canonicatu Cracoviensi litigaverint, toties nullus eorum ad Capitulum et Distributiones admittatur, nisi quis in possessione pacifica per annum extiterit.

Moventis litem pœna 55 Prælatus vel Canonicus movens litem Capitulo aut Personæ Capitulari, omissâ primâ instantiâ Capituli impugnansque decreta Capitularia aliunde Remedia quam à Loci Ordinario procurando, sit perpetuo inhabilis ad optionem Domus et Villæ

Provisi Apostolici Provisorum Apostolicorum Literas super Prælatura vel Canonicatu in mense reservato vacantibus obtentas et Capitulariter productas, PP. Canonici Doctores recipere revidere et sequenti Capitulo de contentis DD. Capitulares informare habeant in munere.

Coadjutor Coadjutor Prælaturæ et Canonicatus de Jure est admittendus, qui sit Presbyter, de Consvetudine veteri istius loci in præsentia dni Coadjuti nulla prærogativa illi potest in Ecclesia, ejus senium et ingressus ad Capitulum à die obitûs Coadjuti dependebit.

Permutans Prælaturam v Præbendam quacunque titulo, dummodo non exeat de Ecclesia, licetsi pro secundo debeat installari locum et senium non amittet, nec Cappalia solvere tenetur, præter notario et Vicariis, exigens quomodolibet, si redierit, senium

amittit, et Cappalia in toto solvere tenetur

Testamenta Prælati et Canonici liberam habent de rebus mobilibus testandi potestatem, quorum testamenta per Capitulum approbantur, salva solutione centum Floreno:
Intestati rum, post Intestatos, Procurator Capituli in Bona eorum se intromittat, et de Consilio Capituli, ex derelictis in mercedem servitorum solutionem debitorum, realium, expensas Funeris ad Massam extremæ necessitatis Ducentos Florenos, et si quid superfuerit, in Anniversarium et pios usus convertat.

Prælatus et Canonicus si moritur tribus primis mensibus incipiendo annum a Circumcisione Domini, habet quartam partem omnium introituum juxta verum
Anni valorem sui Beneficii, si Successori frumenta æstiva-
Gratiæ lia ad seminandum Prædium relinquat, si in se-
Comitt: cundis tribus Mensibus, habet medietatem, si in
Proven: tertiis tribus, habet tres partes, frumentis hyemalibus ad quantitatem Prædii non seminati Successori relictis, si in residuis tribus habet totum. Idem intelligendum de Proventu ex præstimoniis, tam post cessum, quam decessum vacantibus.

Monitores sive Censores, Viri authoritate, prudentia et pietate præstantes, in Capitulo generali Majali
Censores eligantur, aut electi confirmentur ad eorum al:
223. terutrum unusquisque ex Capitularibus deferat, si quid de vita et moribus Confratris certum sciat, Monitor servatâ charitate, delatum adeat et moneat, monitus correctionem fraternam grato animo suscipiat, vel si diffamatus, bonis actionibus famam reparet, quod

si contumax remanserit, Monitor Collegam adhibeat, et si non resipuerit taliter monitus, Monitores cum Capitulo generali proximo deferent, quem poenis congruis Capitulum stringet.

Defuncto Praelato sive Canonico assistere tenentur omnes Confratres Oratorii praesentes tam deductioni corporis, quam funeri in Cappis Romanis et unusquisque Confrater ubicunque existens, a prima notitia intra mensem, tres Missas sub onere conscientiae obligatur explere. Corpora Ipsorum in vestitu talari, Rochetta et Cappula sepeliantur.

Famuli — Praelatus et Canonicus nullum Famulum ad servitia sua suscipiat, absque testimonio liberae dimissionis immediati Domini respective Confratris.

Administrator II 23. — Administrator Sede Episcopali vacante in ordine et loco sui senii in Capitulo sedere, et non Ipse, sed Praelatus vel Senior Canonicus praesidere et consilia moderari debet.

Clavium dimissio — Nullus Praelatus et Canonicus Regens Clavis Bonorum Episcopalium sede vacante, ante confirmationem per Sedem Apostolicam et acceptam Possessionem pacificam novo Episcopo, sive Ejus Procuratori bona dimittere audeat, sub privatione Distributionum unius anni

Calculum ex Administratione Bonorum Episcopalium Sedis vacantis, Regens Clavis ad summum intra trimestre ab ingressu Episcopi ad Cathedram, reddere tenetur, et si intra hoc spatium Episcopus recipere Calculum recusaverit, talis Praelatus vel Canonicus amplius

eum facere non obligat

Adjudicandas causas inter Personas Capitulares
Adjuncti coram Episcopo occurrentes, Adjuncti in quolibet
Capitulo Generali Majali de gremio Capituli eli=
gantur, quorum Functio ad Annum tantum du=
rare debebit, nisi iterum reeligantur.

Procurator.

Vacatione Cujuslibet Villæ Præstimonialis Fun=
Vacatio di et Gratiæ occurrente, Procurator Capituli, in
Villarum illam se intromittat, Inventarium conscribat,
rico. et dispositionem in ea faciat, usque ad Possessionem
pacificam Regentis.

Ne Proventus Sacristiæ, Musicæ, Fabricæ, et ali=
arum Fundationum, cum proventibus Massæ
Capitularis confundantur, aut in alios usus
per Vice-Procuratorem convertantur, Dominus
Procurator Capituli attendet

Summæ et Proventibus collectæ ad Vice-Procuratoriam
Conser- importatæ in scrinio binis seris claudantur à quibus
vação unam clavim P. Procurator, alteram Vice-Procura=
tor habebit, et data quota Vice-Procuratori ad distri=
buendum sufficienti reliquum claudet. Procurator
Capituli de Proventibus tam Massæ Capitularis,
quàm Fundationum quotannis in Capitulo Generali
Translationis S. Stanislai rationem reddere tenetur,
quod si neglexerit suspendatur ab Ingressu Ec=
clesiæ, si verò in Calculatione defecerit, intra
sex menses integram satisfactionem dabit, nec
aliquis Interpellans pro Deficiente debet audiri.

Electio Procurator Capituli facto Generali Calculo de

14 Proventibus, expensis et restantibus summis coram
Procurato Deputatis Calculatoribus, de ratione sufficienter
nis 247 facta decreto Capitulari quietetur, et iterum confir-
metur, vel novus eligatur.

Deputati

Deputati in negotiis Ecclesiae, Capituli Distribu-
tionibus, et Anniversariis gaudere debent, Recu-
santes ire in iisdem et onus suscipere detrectan-
tes, omnibus Distributionibus per Mensem priventur,
nisi eos Capitulo ex Causis justis dispensent, negli-
gentes vero, aut cum detrimento Capituli susce-
pta negotia obeuntes, suspendantur ab Ingressu
Capituli, vel priventur distributionibus, aut Domo
sine Villa ad tempus, sive Damnum culpâ ipsorum
emergens compensent.

Limites Ad limites et juramenta praestanda, per seniores depu-
144 tentur, ad amicabiles verò Compositiones in iisdem
220 sit libera electio. Deputatis ad limites Episcopa-
241 les, impensas Episcopus, ad Capitulares Capitulum
subministrabit, cum praesentia Capitulari utriq; De-
putato alias ad ejusmodi deputationes non erunt
adstricti.

Honorarii Deputati ad revisiones Bonorum, in quibus summae
302 sunt aliquae locandae, nihil pro labore, incommodis
itinerum seu aliquo titulo a parte concurrente
accipient sub poena restitutionis in duplo et
privatione Refectionum per sex Menses

Deputati ad Tribunal Regni Deputati Tribunalis Regni durante sua fun-
ctione, Refectionibus, Anniversariis et Panibus

gaudere, ac optionibus et Distributionibus Villæ
aut Domus capaces declarantur etiam infirmi
dummodo ad Judicia præsentes. Si vero negligen:
tes, vel absentes a Judiciis fuerint, etiam vero
neq; Cathlem redeant, et ibi ea resideant, Refectioni:
bus carere debent pro ratha absentiæ v negli:
Deputati gentiæ juxta Synodum Provinciale 1628 et propte:
Tribuna rea eadem Synodus Pensiones duplicatas ex ab:
litii batiis iisdem assignavit 1643. Capitulum vero
nostrum ultra Distributiones solitas, ad parti:
cipationem strenæ, aliorum Donariorum, Vir:
gultorum, et Consolationis circa Rationales gra:
les si præsentes erunt in Tribunali protunc, admi:
sit et Mensæ amicorum gaudere declaravit in
Capitulo Majali 1744.

De Anniversariis et Distributionibus

Pecuniæ pro Anniversariis absolvendis ordinatæ,
Pecunia non alio, nisi in Anniversaria convertantur, ex
40 quibus Vicariis cantantibus, pro cera ad Sacri:
stiam, et pro Missis legendis, juxta proportionem
detrahat.

Si aliqui Reges, Principes, Prælati, Canonici, aut
Anniver: Nobiles, præsertim Benefactores Ecclesiæ, Anni:
sar: versarium inter Dominos Capitulares habere
Acceptam voluerint, talibus favendum erit, dummodo Pro:
50 ventus Centum florenis non sit minor.

Prælatus et Canonicus veniens ad Anniversaria,
si in stallo proprio ante inchoatam Antiphonam:
Tempus In loco pascuæ Dei dum trium Nocturnorum
Annuum absolvunt, in Anniversariis unius Nocturni
50.

ad primam Lectionem, in Solis verò Missis tempore Kyrieleyson non steterit, amittet fructus Anniversarii, vel Missae

In Anniversario Szaniaviano absentes ab Invitatorio, excluduntur à participatione. Missas privatas

Missae privatae — in Vigiliis tempore Laudum, in Missis verò post offertorium licebit legere.

Distributiones quotidianae singulis Sabbathis dividantur inter Praelatos et Canonicos praesentes, quorum ut sint capaces, Diebus Dominicis

Capaces Distri: 22 202 — Processioni, et Missae Conventuali, Festivis Missae Conventuali adesse in Choro, Feriatis verò quando Anteria non absolvunt, manè sub tempus Divinorum Rochettati Ecclesiam visitare teneantur.

Restans summa à Musica post factas rationes

Capaces Consolationis 125. 222. — inter praesentes Missae Conventuali in Festo Translationis S. Stanislai, et in Missa Votiva de Eodem S. Stanislao cum collecta pro Martino Episcopo, postridie Anni Matachoviani celebrari solita, simul interessentes relationi Calculationis cedere debet, ad cujus participationem etiam PP. DD. Judices Deputati Admissi per Decretum Anni 1744. dummodo actu praesentes in Tribunali eo tempore inveniantur. Notarius et Vice-Procurator ex Antiquo.

Calculatoribus quatuor, quinto Praesidenti ad au-

Calculatores 227 — diendas rationes Proventuum deputandis, ultra uniformem Consolationem Praelatis et Canonicis ex restanti dari solitam, quinquaginta floreni ex Massa Capitulari solvantur. Calculatores verò non iidem, sed alii et alii deputentur.

Prælato et Canonico actu in Ecclesia præsenti, pro
Strenæ Cleri Natali Domini aureos tres, pro Circumcisione Ejus:
dem Unum, pro Festis Trium Regum tres, Pascha:
tis duos, Pentecostes Unum Massa Capitularis
solvere tenetur. Notarium et Vice-Procuratorem
pro Una Persona computando.
Prælatus et Canonicus Die Natalis Domini sub
Matutina media nocte tempus invitatorii in Matutino, in Paschate sub
tempus primi circuli in Processione officiose com:
parere tenetur, si strena et Agno Paschali gau:
dere voluerit.
Sacro Quadragesimali tempore antiquitus fiebant
Pisces in Quadragesima 194 204 distributiones in Olivam et Amigdala, nunc pro
piscibus unicuique Prælato et Canonico Feriis
2dis 4tis et 6tis interessenti Processioni, Massa
Capitularis solvere solvet tres florenos, ut qui
non interfuerit, privatur piscibus, qui vero con:
cioni, privari debet panibus pro ratha absentiæ.
Proventus ex minereis toto tempore Sedis Epi:
Mineræ Sede Vacante scopalis vacantis vigore Privilegii Radiviliani
et Bullæ Clementis Papæ VIII ad Capitulum
spectantis, inæqualem portionem Prælatorum
et Canonicorum Electioni Administratoris interes:
sentium cedere debent, Notarium et Vice-Pro:
curatorem pro Una Persona computando

Annivum Matachoviani Prælatus et Canonicus ut dict capax Anniver:
sarii Matalhoviani, in Festis Natalis S. Stani:
slai et Translationis Ejusdem Missæ Conventuali adesse
tenetur, nec supplebit etiamsi postea in Anniversario sit præsens.
Missa die 5ta Xbris Missæ votivæ pro gratiarum actione conservatæ ab
igne Ecclesiæ istius sub tempus incendii Arcis

Cracovien quotannis die 15ta Septembris solenniter celebrari solitæ, Prælati et Canonici Cracoviæ presentes interesse tenentur, sub privatione panis illius diei

Missa Rorate

Prælatus et Canonicus tempore Adventus Domini Cracoviæ presens, adsit Missæ Rorate, inter presentes in eadem dividentur quotidie floreni 10 si Massa sufficiet,

Vesperæ

Primis et secundis Vesperis Festorum Natalis Xti cum tribus Festis sequentibus, Circumcisionis Dni, Epiphaniæ, Paschatis cum duobus sequentibus, SS. Trinitatis, Corporis Christi cum sua Octava, Dedicationis Ecclesiæ, S. Joannis Baptistæ, SS. Petri et Pauli Apostolorum, S. Michaëlis Archangeli, SS. Omnium, Inventionis S. Crucis, S. Adalberti, Floriani Stanislai in Majo et Septembri, Venceslai, Purificationis B.V.M. Annuntiationis, Visitationis, Assumptionis, Nativitatis et Conceptionis tenent. Prælati et Canonici adesse, sub privatione medietatis Refectionum et totius Panis illius diei, causa autem absentiæ a primis Vesperis in Festis Mathiæ Apli, Casimiri, Josephi, Philippi et Jacobi, Jacobi Majoris, Laurentii, Bartholomæi, Exaltationis S. Crucis, Mathæi Apli Simonis et Judæ, Martini, Catharinæ, Andreæ, Nicolai et Thomæ, Panibus illius diei tantum priventur, si verò tunc legitimè impediti fuerint, P. Præsidenti, pro tempore Legalitates suas per Famulos suos exponere tenebuntur.

Prælatus vel Canonicus cantaturus Missam vel prædicaturus in alia Ecclesia, significet Præsidenti vel Prælato de Præmissis, et visitata Ecclesia

Cathli particeps Distributionum illius diei declarat.
Tempus Vindemiarum à die 3 Julii incipiens, ante primas Vesperas Translationis S. Stani:
Vindemiæ slai terminatur, quarum ut sint capaces DD.
260 Capitulares, Capitulis et Divinis in Dominicis personaliter interesse tenentur, nam qui Capitulo et in Dominica simul Divinis non interfuerit, sed expost supervenerit, quotidie Ecclesiam visitare tenebitur, si distributionibus gaudere voluerit, si verò post Dominicam ante imminens Capitulum in hebdomada inciderit, Festum aliquod etiam illi qui in Capitulo et Dominica præsentes fuerant, Eidem Festo adesse tenentur sub omissione Distributionum illius diei
Mensis Amicorum singulis Prælatis et Canonicis
Mensis Amicorum semel in Anno concedatur, sed illis tantum, qui
364 præsentiam suam in Ecclesia per sex Menses continuos sive discontinuos probaverint, qui verò tantum per tres Menses præsentes fuerint duabus septimanis gaudeant, hoc cauto; quod non pluribus simul quam quatuor Personis concedatur, ne Ecclesia præsentia DD. destituatur, insuper exceptis Festis Resurrectionis Domini, Pentecostes, Corporis Xsti cum sua Octava, et Adventus Domini.
3 dierum præsentia Quilibet Prælatus et Canonicus singulis Quartualibus Anni poterit si velit petere trium dierum absentiam ab Ecclesia, quæ omissa primo Quartuali, sequenti non debet compensari et illis tantum concedi, qui prius præsentiam in Ecclesia per Mensem ejusdem Quartualis probaverint et non alias.
Recollectiones Prælatus et Canonicus Recollectiones Spiritus

studio devotionis Cracoviæ vel circa eam absolventibus, admittitur præsentia illarum tempore.

Domus et Villæ

Taxa a 59

Obtinens Domum valentem, taxam sexaginta Florenorum ante omnia ad Massam Capitularem solvat, ex quibus prædicta Massa pro Vigiliis Conclusionum et Missis decem in eisdem legendis dispensabit. Non solvens in instanti optionis Villæ sive Domus inhabilis declaratur. Inventarium per Notarium Capituli (salvâ consolatione ejusdem) conscriptum habeat.

Inventarium

Habens Domum Capitularem locabit eam honesto Patri-Familias, et in discessu suo recommendabit alicui ex Capitularibus, ut tueatur ab injuriis, et honestas tàm intra quàm extra servetur.

Paterfamilias

Domus Canonicales nullis Personis extraneis ad inhabitandum dimittantur sub pœna statuti de non arendandis Præstimoniis, excipitur tamen casus publicus Rni.

Non arendare

Prælatus vel Canonicus si adritabilitatem in Domo Canonicali habere voluerit, quinq́ millia Florenorum in reparationem Domus, vel novam aliquam exstructionem necessariam in eadem exponere, aut talem summam in manus Procuratoris Capituli reponere tenetur.

Adritabilitas

Quilibet Prælatus et Canonicus Lithostratum ante Domum suam regulando, se ad circumferentiam illius usq́ ad Canale dividens viam, reparari et pro honestate purgamenta afferri mandare obligatur, sub privatione Refectionum per unam Septimanam

Lithostratum

Purgamento

Villæ præstimoniales extraneis non arendentur sub
Villæ privatione earundem et inhabilitate optionis ad ali-
non arendæ as per decennium, nisi Capitulum assensum præsti-
terit et arendans submissionem dederit, quod prætensiones et Demita pullulantes, non ad Fundum neque ad Capitulum, sed ad Personam et Bona hæreditaria Regentis, regulabuntur.

Ad quamlibet Domus et Villæ optionem Citatio generalis per Procuratorem Capitularem subscribenda, et in stallis affigenda cum termino 30 dierum /: exclusâ die obitus :/ præmitti debet, et elapsô terminô, in die Capitulari Domus vel Villa optari, nisi
Plenipotk. vocatio tempore Generalis Capituli occurrat, aut intra mensem Citationis certæ Capitulum Generale incidat, quia tunc non erit expectanda incidentia 30 dierum termini :/ nulli etiam licebit Domum et Villam simul optare :/ item quod optare potest absens per Plenipotentem constitutum coram Actis Capitularibus et non aliter; ad distributionem vero personaliter venire tenetur, nisi fuerit tunc negotio Capitulari vel functione publica legali impeditus.

Soli Prælati et Canonici actu Presbyteri, iique ad
Capaces majus Altare cantantes, et Vicarios foventes,
Opti. aut solarium Communitati solventes, idque juxta
179. 262. senium sunt capaces optionis Domus et Villæ.

Ad Episcopatum Domini, Abbatiam, et Præposituras
De Vaca- Regulares promoti, a prima notitia præ-
tione post conizationis per sedem Apostolicam Vil-
Ascens. lam et Domum dimittere tenentur, juxta
253 juramentum circa receptionem sui ad Ecclesiam et Capitulum.

Si potiorem Villam aut Domum optans, aliam

prioris possessa seriò inspiciatur, si Illius Inventarium circa apprehensionem per Notarium conscriptum, habeat, si conditionibus, circa Distributionem et in

Distribuo Revisione triennali impositis, satisfecit, Inventarium, Subditos in bono statu conservavit, alias si prioris conditionem meliorem non fecisse repertus fuerit, poterit alteri capaci dari, et deteriorans puniri, nisi breve tempus eum excuset.

Conditiones circa Distributionem sive ex Revisione triennali impositas non explentes, et meliorem conditionem Villæ aut Domus non facientes, priventur possessis, et incapaces ad alia declarentur.

Conditiones Conditiones semel rationabiliter impositas, nunquam immutare liceat, ideò Revisores gnari rei Oeconomicæ deputari, et conditiones secundum conscientiam assignari debent.

Obtinens Villarum Præstimonialem, si extra Cracoviâ

Procurator Villæ Domicilium agit, superioritatem Ejus alicui Confratri committat, ut in occurrentibus negotiis possit haberi ad eum recursus. Plenipotentes in Capitulo Generali constituantur, quorum officium quò ad Optiones ad proximum Capitulum generale, quò verò ad alia ad annum decernitur valere, exceptis Deputatis Tribunalis Rni vel in negotio Capli actu existentibus, quorum Officium ad finem functionis durat.

Stramina Stramina post demortuum Confratrem in Fundo manere, fœnum ad fructus spectare debet. Si superstes frumenta vendiderit, medietatem straminis relinquere tenebitur. Ascendens ad aliud Præstimonium stramen longius alias Kłoc secumferat, triturata Successori relinquat.

Vaccæ Regens Villæ Præstimonialis ascendens ad aliam, Vaccas fæcundas et non senes cum auctione unius, post mortem verò duarum.

Supellex Item Supellectilem Domesticam utilem Successori relinquat, sub amissione Refectionum, donec restituat oblata et inhabilitate ascensûs ad Villam sivè Domum, occurrente sequenti vacatione.

In Revisione Generali quovis triennio in Lapideis, præstimoniis, Fundis, et Gratiis facienda, DD. Revisores Inventaria verificabunt, Conditiones, Statum, juxta Conscientiam connotabunt, et in proximo generali Capitulo relationem in scripto producent, Capitulum ordinabit.

Conditionũ adimpletiõ sub pœna Conditiones quas videnť necessarias, Regentes verò et Possessores eandem adimplere debent, sub pœna sequestri D. 13. Februarii 1731. extensi

Extranei

In recognitionem Matricis Ecclesiæ Cathedralis Parochiales Ecclesiæ tàm intra quàm extra mœnia Civitatis existentes per Vicarios duarũ Ecclesiarum Responsorium Recordamini &c. ad latus Evangelii Majoris Altaris decantare teneñ, sub pœna ab officio Consistorali infligenda, attendentia negligentiæ ad Vice-Cantorem Cathedralem spectat.

Recordamini

Interdictum Quotiescunq̃ interdictum in Ecclesia Cathedrali publicari contigerit, illud omnes Ecclesiæ Sæculares et Regulares Cracoviæ et circa eam observare tenentur Divina tamen juxta ordinationem piorum Fundatorum clausîs januîs et submissâ voce absolvi possunt.

24

Sepultura — Nemo Presbyterorum aut aliarum Personarum nisi prævio Consensu Capituli sive Præsidentis, prævia designatione sepulchri, in Ecclesia Cathedrali sepeliantur.

Collatio Beneficior[um] — Beneficia in Ecclesia Cathedrali vacantia Juris Patronatûs Capituli, Ministris benè meritis, et Continuò residentibus, Seminaristis, Scholaribus actu Presbyteris, vel Presbyterandis conferet Capitulum cautione de residentia per ipsos officiosè facta, alias si per semestre se absentaverint, Beneficium ipso facto vacabit.

Susceptio ad Communit[ates] — Ad Immunitates pro Decore Ecclesiæ Cathedralis erectas Presbyteri à Personis dignis recommendati, cum scitu DD. Protectorum et non aliter suscipiantur, prævia prius probatione per Unum Mensem, juxta statuta cujuslibet Communitatis subeunda.

Concionator — Quoniam sæpè contingit plus tædii quam fructus Spiritualis ex prædicatione nonnullorum Concionatorum audientes referre, ideò in futurum nullus ad Actualem prædicationem admittatur, nisi prævio exercitio aliquot Concionum suam idoneitatem probaverit

Pœnitentiarii — Pœnitentiarii Fundationis Foxianæ in Ecclesia Cathedrali juxta Ordinationem Fundationis in quolibet Capitulo Majali eligi, aut electi confirmari debent, si verò aliquis illorum negligens aut vitiosus fuerit, etiam non expectatô Capitulô Majali si monitus n[on] se emendaverit, per Capitulum amoveatur.

Orator — Professor Tyllicianus nuncupatus, post electionem sui ab Universitate Cracoviensi in Cap[itu]lo se præsentare debet.

Mons pietatis — Ad recipiendum Calculum à Notario Montis pietatis Cracoviæ Fundati, quolibet Annô duo de Caplo deputari debent.

Privilegia — Privilegia super Advocatiis et aliis Donativis in Capitulis generalibus duabus Personis consentientibus tantum, prævia revisione per Prælatum vel Canonicum pertinentium ad easdem approbentur, et si omnia in novo Privilegio expressa sunt, quæ in antiquo continebantur, anterius Privilegium verificetur.

Locatio Summ: — Ne Summæ Capitales Fundationum noviter locandæ aliquam jacturam patiantur, Bona prius in quibus erunt locandæ, fideliter per duos de Capitulo deputandos revideantur.

Litis expensa — Nulli jure victo, lucra perlucra, Castrensia sive Tribunalitia magna sive parva remittantur, si verò ex aliqua ratione deberent remitti nonnisi in Capitulo grali, cui si unus contradixerit, irritum declaratur.

Licentia ante Conclusionem Gralis Capli — Bono ordini prospicere cupientes, concludit V. Caplum in vim statuti, ut ab inchoatione gralis Capli nemo ex Per. Prælatis et Canonicis se absentare audeat ante conclusionem illius, sub inhabilitate optionis Villæ aut Domûs, ab eodem Caplo ad immediatum grale vacantis, Nemini etiam suffragia dabit petita licentia, nisi à V. Caplo legitime obtenta.

Tempus visitandi Eclam — De tempore interessentiæ in Ecclesia pro lucrandis ferialibus distributionibus deliberatione instituta, P.P. D.D. decreverunt, tempus ejusmodi à pulsu pro Officiis Divinis manè incipere, et finita horâ nonâ Officii Divini terminari ita quod ante pulsum vel post Nonam visitantes Eclam

non sunt capaces Distributionum illius diei

Capaces Anniv. Matacho-viani

Animadvertentes multum decessisse ornamenti et decoris per absentiam P.P. D.D. in Festis Natalis et Translatio-nis S. Stanislai, obviando in posterum, concluserunt, ut prefatis Festivitatibus à Majori Missa absen-tes, careant sorte ex Anniversario Matachovii in Majo et Obvi absolvi solito.

Anniver-sarium Szaniavs-kianum

Constantinus Szaniawski Eppus Cracov. Ut in Ec-clesia Nostra Cathedrali Cracov. absolvatur Anniur semel in Capitulo grali Majali ante Vigilias Conclu-sionum, altera vice in Caplo Purificationis 2da die post inchoatum Caplum videlicet Officium Defun-ctorum novem lectionum in Cantu gravi et Lento per Vicarios, cum Missa de Requiem per unum ex P.P. D.D. Capitularibus cantanda, cui officio et Missae singuli Praelati et Canonici choraliter in stallis adesse, lectiones ex turno decantare, et idem officium De-functorum sub id tempus privatim dicere, et singuli unam Missam lectam ~~eadem~~ eadem die pro Aa Nra vel ad summum in crastinum dicere, vel ab alio Sacer-dote dici procurare obligentur sub onere Conscientiae. Ratione praesentiae, absentes ab Invitatorio, volumus à participatione excludi, cui obnoxii erunt pro uno turno, Qui in Festo Purificationis à Missa Conven-tuali sese absentaverint.

Signum Distin-ctivum

Et quoniam pro impetratione Signi Distinctivi P.P.D.D. sumptum satis notabilem de proprio exposuerunt, ideo ut animae ipsorum suffragium perpetuum habeant, An-niversarium in Caplo Generali Majali Postridie An-niversarii Matachoviani celebrandum insti-

tuerunt, Successores suos ad perpetuam absolutionem illius obligando, quis stipendium 50 florenorum ex septimanali Distributione praesentibus DD. in eodem, ac Vicariis, tum pro cera assignaverunt, Insuper tam praesentes quàm absentes pro defunctis Fundatoribus ejusdem Signi, Missam lectam absolvere tenetur. Siquidem Concilii Tridenti, omnes Beneficiatos in Ecclesiis Cathedralibus obligat

Missa Conventualis

ad devotè et ritè peragenda officia totius diei, convenit maximè Diebus Dominicis et Festis ut Missae Conventuali omnes Praelati et Canonici assistant, ne per absentiam illorum decus Ecclesiae, et Honor Dei minuatur, ideò statuitur, ut cum suis Missis privatis anticipent Missam Conventualem, sive post eam absolvant.

Inventaria praestimoniorum

Culturae villarum Praestimonialium et Domorum Canonicalium fabricae conservandae causâ, triennalem Revisionem renovamus, ordinantes ut sub poena privationis quilibet Regens tam Domûs quàm Villae suae circa primam professionem, in praesentia Notarii Capitularis Inventarium conficiat.

Fundorum Gratiarum

Providendo indemnitati Fundorum et Villarum quae gratiae appellantur, statuit V. Capitulum, ut omnes PP. D.D. praemissorum Possessores specialiter curent habere conscripta Inventaria Aedificiorum in specie pecorum, pecudum, et Agrorum ut constet de eorum positionibus et granitiebus, tum Fundis Colonorum, taliterq

confecta reddantur ad manus Perillustris Canonici Procuratoris.

Index Alphabeticus Statutorum

A.

B.

C.